

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica

**Harless, Adolf Gottlieb Christoph
Baruthi, MDCCXCII.**

VD18 13527622

Carmen XXII.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18225

CARMEN XVIII.

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
Πίνει δὲ Δένδρε ἀντήν
Πίνει Θάλασσ' Ἀνάυρους
Ο δὲ Ήλιος Θάλασσαν.
Τὸν δὲ Ήλιον Σελήνη.
Τί μοι μάχεσθ', ἑταῖροι,
Καὶ αὐτῷ θέλοντι πίνειν;

5

CARMEN XXII. *)

Παρὰ τὴν σκιὰν Βαθύλλου

Kashi.

v. 1. Barnes. componit cum Anacreonte locum Paulin. ad Ebr. 6, 7. et Baxterus obseruat, rudiorum temporum mortales omnia nomina habuisse pro propriis. adde Lamb. Bos. Animadu. pag. 79.

v. 3. Θάλασσ' Ἀνάυρους. Hanc Heskini emendationem recepit Brunck. pro vulgato θάλασσα δὲ ἄνρες. v. Heskin. ad Moschum II. 31. et quae infra ad h. l. notauimus. Latini quoque bibere solent tribuere omnibus illis rebus, quae liquidum aliquid ad se trahentes efficiant, ut exarescant. Praeterea bibunt Virg. Ecl. III. fin. conf. Arntzen ad Victor. de vir. illustr. c. 76. pag. 282. Drakenb. ad Sil. Ital. VI. 293. et XVII. 413.

v. 5. vid. Spanheim ad Callim. H. in Dian. v. 141. infra ad Mimnermum IIII. 4. et Schneider in den Anmerk. pag. 331.

v. 6. *Cur me obiurgasti, expostulasti, sodales?*

*) De hoc odorio, quod a colore orationis et tropica dicendi ratione multum habet gratiae et suavitatis, vide Ramler loc. mem. p. 43. tom. III. Schneider in den Anmerk. pag. XXXVIII. et 124. sqq. Alio modo Horat. III. od. 13. fontem laudat Bandusium.

Καθίσω. καλὸν τὸ δένδρον.
 Ἀπαλὰς σέιει δὲ χαῖτας
 Μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ!
 5 Παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει

Πηγή

v. 2. Brunck. dedit παρὰ τὴν σκιὴν Βαθύλλου καθίσου pro vulgato, quod quidem mihi magis placet, et magis amice, urbane, poeticeque dictum videtur, π. τ. σκιὴν, Βαθύλλε, κάθισων. conf. ad od. IX. 23. Arbor dicitur καλὶ quia patula est et vmbrosa, et foliis densis virentibusque vestita, ut ait Fischer. Epitheta aut ἀπαλ. et μαλακ. ad suauitatem, ornatum et imaginem sensui subiiciendam mire faciunt.

v. 3. χαῖτας, comas; apud poetas vtriusque linguae aliosque nihil frequentius est, quam vt ea, quae de hominibus dici soleant, ad alias res creatas inanimas audacter transferant, quorum exemplorum magnam copiam collegerunt Ivan. Schulz. in florum sparsione pag. 205. et Klotzius ad Tyrtaeum pag. 54; atque Rittershus. ad Oppian. pag. 169. de νάτῳ ἄλος, et pag. 303. de ύψῳ ὄφεως audaci multa adulit exempla. Quare etiam coma de arborum foliis et frondibus, omnique pariter herba quam frequentissime usurpat. κόμαι φυτὰ lauri frondes, Aelian. H. V. lib. XIII. 1. p. 841. Horat. IIII. od. 3. v. 11. Spissae nemorum comae. Callimach. H. in Del. 81. ὡς τὸ χαῖτης σεωμένην Ἐλικῶν. atque astris tribui comas et crines, docet Dorville ad Charit. pag. 746. adde Clark ad Homeri Iliad. l. 126. et quae in Chrestom. lat. poet. ad Catull. IIII. 6. et 11. scripsi.

v. 5. ἐρεθίζει. Alberti (ad Hesych. tom. I. pag. 1421. n. 6.) bene explicat per γηρύεται, garrit, quod ipsum est a dorico γαρένω pro γηρύω. Suauiter innuit et quasi pingit dulcem aquae labentis sonitum, qui oblectat. Ea enim, quae adlicant, inuitant, oblectantque, eleganter dicuntur ἐρεθίζει, adnotante Fischer; adde Holstii notam in sua edit. Pari modo riuus garrulus apud Ouid. Fastor. II. 316. Adde Theocrit. Idyll. XXI. v. 20. ibique notam, ἐρέθειν ὠδῶν, canere. Virgil. Bucol. I. 56. leui susurro, Theocriti illud I. 1. ἀδὺ φιθύρισμα expret-

Πηγὴ ἔρεσσα Πειθῆς.
Τίς ἀν δὲν ὁρῶν παρέλθετο
Καταγώγιον τοιότο;

CARMEN XXVIII. *).

De sua amica.

Ἄγε, γωγράφων ἄριστε.
Γράφε, γωγράφων ἄριστε,
Ποδὸς κάρανε τέχνης.

³Απεξ.

surum. Claudian. in Rufin. l. 214. labentis murmura
riui. Sil. Ital. IIII. 224. ad quem locum vid. Drakenborch.
Casaubonus ad Sapph. pag. 137. nostrum quoque locum
interpretatur et exponit per: *susurro oblectare*. Quod
vero Anacreon fonti audacter tribuit vim persuadendi
atque eloquentiam; eo nouum carmini adfert ornatum,
ingeniique prodit splendorem et vertutem.— *Kataγώγιον*
proprie diuersorium, h. l. eleganter de loco, vbi ar-
bor umbrosa est, et fons garrulus.

*) De oda hac pulcherrima, quam in tabula quadam
pictor exprimat, *Lessingius in Laocoonte* P. I. pag. 202.
et pag. 212. quaedam eleganter monuit: adde *Winkelmann*
in *Geschichte der Kunst des Alterthums* P. I. pag. 168 -
183. et pag. 206. dein in *Anmerkungen etc.* P. I. p. 52.
nec contulisse poenitebit epigrammata, a *Klotzio* in ob-
seruat. ad *Tyrtaeum* pag. 24. sq. prolata et explicita.
Schneider in den *Anmerkungen* p. 218. sq. copiosus est
in illustrando hoc odario. Compara *Aristaenet*. I. ep. I.
lib. II. ep. 21. *Aelian*. V. H. lib. XII. 1. etc.

v. 2. Γράφε. vid. *indicem* et *Camerarii comment.*
utriusque linguae pag. 101, 102. De vocab. γωγράφ.
pictor. v. *Valkenaer* ad *Theocriti Adoniaz.* pag. 374.

v. 3. Ποδὸς. Haec lectio, e conjectura Stephani
orta, molier est priore Ποδῆς. Rhodii enim picturae
et sculpturae fuerunt peritissimi, iisque, ut et reliquis